AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
2. Viertel 12. Jh.
Seite 101v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

charismi conceptu de fide locus: quando omnia sibi tradita dicit a patre suo
cum omnia legis: omnipotentem agnoscis: ni de colorum non degenerem patris:
cum tradita legis: filium confiteris: cui per naturam omnia uni substantiae iure
sint, proprio non dono collata per gratiam. Adiecit: Hemo scit quis est filius:
nisi pater: et quis est pater nisi filius: et cui uoluerit filius reuelare. Quem locum
in his quos de fide scripsi libellis meminimus non esse praetermittendum. Vt scias autem qua
sicut filii patrem quibus uult reuelat sic et ita pater reuelat quibus uult filium
audi dicentem ipsum dominum iesum: cum laudaret petrum quod eum filium dei esse con
fessus sit. Beatus es simon bariona: quia non caro et sanguis reuelauit
tibi: sed pater meus qui in celis est.
cxx
Dicit his lectio: quia exponunt hic qui sibi legis peritiam uidentur qui uerba
legis tenent. iam legis ignorant. et ex ipso primo legis capitulo doceat
eos legis ignaros: probans quod in principio statim lex et patrem et filium pre
dicauerit in carnationis quoque dominice annunciauerit sacramentum
dicens: Diligis dominum deum tuum. et diligis proximum tuum sicut te ipsum. Vnde
dicens ad legis peritum: hoc fac et uiues. at ille qui nescire proximum
suum quia non credebat in xpm respondit: Quis est proximus meus: ita qui
xpm nescit nescit et legem. Quomodo enim potest scire legem cum ueritatem ignorat.
cum lex adnuntiet ueritatem. Homo quidam ex hierusalem descendebat
in hiericho. Vt eum locum qui propositus est nobis planius possimus absoluere.
ueteres ciuitatis hiericho repetam historiam. Meminimus itaque quod hie
richo sicut legimus in libro qui scribitur iesu nauae magna ciuitas fuit
muralis: septem paricibus: quae non ferro puta non arietibus possit expu
gnabilis. In ea raab habitasse meretrice: quae exploratores quos dux
iosue hospitio recepit: consilio instruxit: postulantibus eius abiisse et
spondit abscondit intecto: et ut se suosque urbis excidio posset eripere
coccum in fenestra ligauit. urbis autem in expugnabiles muros septem ta
barum sacerdotalium sono et populi ipsi ululatu cum sono corruisse. Vi
det quemadmodum unusquisque proprium seruat officium. Exploratores excubias.